



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Qvando ius habeat visitandi exemptos? Allegatio LXXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

gua sit, & etiam si domum suam ad prandium reuertatur, teneat *Paul. solod. in praxi visit. part. 2. cap. 1. vers. expedita, pag. 43.*

47 Nec etiam Episcopo, vel alij visitatori procuratio debetur, dum loca specialiter exempta à prestanda procuratione visitant, eadem praxis noua dict. numer. 65. *Frat. Emma. quæst. Regular. tom. 2. quæst. 63. artic. 7. vers. quarto, Azor. dict. capit. 42. quæst. 2.* nam licet de iure communi procuratio præscribi non poterat, cap. cum ex officio, de præscript.

48 Hodie tamen ex noua dispositione *Concil. Trid. in dict. cap. 3. præscribitur*, nec peti potest, ubi illam non dandi viger consuetudo, praxis noua Episcop. d. cap. 3. in fin. *Stephan. Gratia. discept. forens. cap. 57. nu. 19.*

49 Nullus tamen semoto priuilegio, vel præscriptione, visitationem, aut procurationem ipsam remissile videtur, etiam si testatus fuerit se condonare debita sibi obsequia, siue seruitia, cap. cum venerabilis, de censibus, *Boer. decisi. 133. a num. 5. Azor. dict. c. 42. q. 11. vers. potest quoque.*

50 Item nec Episcopus, aut alius visitator potest procurationem accipere ab Hospitalibus, & alijs locis leproforum, domorum Dei, pauperum, & infirmorum, nec ab Ecclesia paupere, quia debet gratis visitare, ita resoluit *Marc. Anton. Genuens. dict. cap. 35. num. 9. vers. nono, & decimum referunt praxis noua Episcop. loco proxime citato, & altera praxis par. 2. verbo visitatio, §. 6. dub. 7. Francisc. Leo in thesauri fori ecclesiast. par. 2. cap. 16. a n. 41.*

51 Item nec à pauperibus clericis procurationem exigere debet Episcopus, ita *glos. verbo prægrauari, in cap. cum instantia, de censibus, Tirac. de nobilit. ca. 29. num. 43.*

52 Nam Episcopus visitando de proprio expendere tenetur, quando Rector Ecclesiæ est pauper, & illa indiget, *surd. dict. tit. 4. q. 22. n. 6.*

53 Hinc denique Episcopus exiens per villam, & oppida, ut Sacramentum Confirmationis tantum conferat, à nemine est procurandus, prout *sacram. Cardin. Congregat. decidisse testis est Armendar. dict. l. 7. de Episcop. num. 22. & resoluit Paul. solod. in praxi de visitat. par. 1. c. 5. in med.*

54 Munera itaque qualiacunque, & quomodo-cunque illi offerantur, recipere non potest Episcopus à visitatis ratione visitationis, ut innuit *Concil. in dict. cap. 3. nec etiam comestibilia, ut illa secum asportet, prout ex Imol. & Anchar. in Clem. 2. de censibus, tenent praxis noua Episcop. dicto loco num. 73. Marc. Anton. Genuens. dicto cap. 35. nu. 7. vbi n. 6.*

55 Resoluit, quod nec fragmenta notabilia ad domum portare potest pro erogando pauperibus, sed tenetur illis distribuere, qui sunt in illo loco, quem visitat, & num. 5. tenet, quod Episcopus etiam finita visitatione, dum discedit à locis visitatis, recipere non potest munera. Vnde visitator id quod per victum sibi necessarium contingebat, non potest in pecunia taxare praxis Episcop. d. d. verbo visitatio, §. 6. dub. 2.

56 Liberum tamen erit visitatis, si velint, pecunia redimere procurationem, & tunc visitator tenetur recipere in ea specie, qua fuerit oblata, ut resoluit praxis noua Episcop. dict. c. 3. n. 64. in fine.

57 Appellatione victualium expensarum comprehenduntur illæ, quæ consistunt in victu; non autem illæ, quæ concernunt alia necessaria personæ, ut ait praxis Episcop. verbo visitatio, §. 6. dub. 1.

Et solum obligantur visitati providere procurationem, siue alimenta illius dici, quo visitat pro ipso, & suo moderato comitatu; praxis noua dict. numer. 64. in princip. Vecturas tamen, & feraturas equorum præstare non tenentur, praxis Episcop. dicto verbo visitatio, §. 6. dub. 3. altera praxis noua dict. cap. 3. num. 63. in fine, *Marc. Anton. Genuens. dict. capit. 35. numer. 9. in fine, & numer. 10.* Si visitator tamen sit Prælatus à Summo Pontifice delegatus, tunc ei debentur mercedes equorum, & viaticum, ut de loco ad locum transire commodè possit, *glos. verbo si voluerint; in Clement. 2. de censibus, Azor. dict. cap. 82. q. 8.*

S V M M A R I V M.

- 1 Visitare potest Episcopus tanquam Sedis Apostolice delegatus exempta loca stemmo Pont. immediate subiecta.
- 2 Exempta loca ab Episcopi iurisdictione, sed alteri Prælato subiecta, Episcopus non visitat, sed ipse Prælatus.
- 3 Visitari potest Episcopus quoscunque Clericos exemptos, Præbendarios, &c. ratione beneficiorum in sua diocesi existentium.
- 4 Episcopus non potest extra visitationem clericos à se exemptos corrigere, ac punire.
- 5 Visitari potest ab Episcopo proximiori Ecclesia secularis nullius Diocesis.
- 6 Exemptio à visitatione non comprehenditur sub generali concessione exemptionum.
- 7 Visitandi parochiales Ecclesias nullius diocesis proximior Episcopus facultatem habens, habet etiam auctoritatem emendandi, corrigendi, & puniendi tam in capitula, quam in membris.
- 8 Vicarius à Capitulo Sede vacante, uti proximior non habet potestatem visitandi Ecclesias seculares nullius diocesis.
- 9 Beneficia exempta visitant Episcopi tanquam delegati Sedis Apostolice in qua iurisdictione cum sit delegata non succedit Capitulum.
- 10 Prælati inferiores habentes iurisdictionem quasi Episcopalem uti proximiores Ecclesias seculares exemptas non visitant.
- 11 Visitandi ius habet Episcopus in omnibus Ecclesiis intra fines suæ diocesis existentibus.
- 12 Visitare potest Episcopus omnes Parochiales suæ diocesis, in quibus sunt sacerdotes seculares, licet Ecclesia sint Regularibus subiecta.
- 13 Episcopus per seipsum Ecclesias exemptas visitare potest, licet inferioribus Prælatis sint subiecta.
- 14 Visitare potest Episcopus Ecclesias curatas unitas monasterio, & ponere in eis vicarios perpetuos, siue temporales, quamvis uniantur monasterio exempto aliena diocesis, vel alij, quod sit Ordinis caput.
- 15 Monasteria commendata, in quibus non viger regularis observantia quamvis exempta, Episcopus etiam tanquam sedis Apostolice delegatus singulis annis visitat.
- 16 Episcopus in monasterijs commendatis, ubi Regularis observantia viger, debet eorum superiores monere, ut ipsi visitent, & corrigenda corrigant.
- 17 Monasteria, quæ generalibus Capitulis non subsunt, nec suos habent visitatores Regulares, si monita in congregationes se se non receperint, in omnibus Episcopi iurisdictioni subiecta sunt.
- 18 Visitari debent ab Episcopo monasteria quauis, seu Ecclesia Regularium curam animarum annexam habentes quoad ipsam curam.

19 Examinare, & viſitare poteſt Episcopuſ quoscuq; Canonicos, & dignitates, & alios clericos exemptos, & non exemptos ad curam animarum exercendam conſtitutos, quoad eorum inhabilitatem.

20 Regulares ſubſcuntur Episcopis in dependentibus à cura animarum.

21 Regularis Parochus delinquens extra Sacramentorum adminiſtrationem, & curam animarum, non ab Episcopo, ſed à ſuis ſuperioribus puniuntur.

22 Regularium monaſteria quoties Episcopo viſitandi facultas conceditur, ſi dum ingredi vult ob cauſam viſitationis fores claudantur, et licet vim inferre, ac eas frangere.

23 Episcopi incumbentes correctioni, & viſitationi exemptorum tanquam Sedis Apoſt. delegati poſſunt contra Conſervatores impediētes procedere.

24 Curam animarum in Regularium Eccleſiis exercentes, ſive ſeculares ſive Regulares ſint, ad arbitrium ipſorum Regularium poni debent, niſi quod examinari & approbati prius debent ab Episcopo.

25 Deputati in Eccleſiis Regularium ad curam animarum, ad ſynodum venire debent.

26 Eccleſia militum S. Ioannis Hieroſolymitani, quibus cura animarum incumbit, in conſervantibus ipſam curam, Ordinarij ſunt ſubiecta.

27 Prioratus Militum Hieroſolymitanorum Ordinarij viſitare non poſſunt.

28 Subcolletores non poſſunt viſitari, nec corrigi ab Episcopo.

29 Referendarij ratione beneficiorum, quæ habent in partibus, ſubſunt locorum Ordinarijs.

30 Prothonotarij primi ſunt, & notariorum principes dicuntur.

31 Prothonotarij à iuriſdictione Ordinarij ſunt exempti.

32 Beneficia vacantia per obitum Prothonotariorum participantium, & non participantium, ſunt ſedi Apoſt. reſervata.

33 Prothonotariatus dignitas ad effectum reſervationis acquiritur etiam ignorantibus.

34 Prothonotarij ſive ſint creati à Papa, ſive à legato, ſunt comprehenſi in Extranag. ad regimen, de præbend.

EPISCOPVS QVANDO ius habeat viſitandi exemptos?

ALLEGATIO LXXIV.

1 **E**Xempta loca Summo Pont. immediate ſubiecta Episcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus viſitare poteſt, vt habetur in Concil. Trid. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 7. Cardin. in Clem. attendentes, queſtion. 6. & 7. de ſtatu monach. Coch. de iuriſdictione Ordinarij in exemptos p. 2. queſtion. 45. numer. 11. & p. 4. queſtion. 13. nu. 2. Alphons. Villadiego in ſpeculo viſitationum fol. 32. numer. 7.

2 Quando vero non tantum exempta ſunt ab eius iuriſdictione, ſed ſubiecta alteri alicui Prælato, Episcopus non viſitabit, nec de iure delegato, nec ordinario, ſed ipſe Prælatus, cui immediate ſubiecta ſunt.

3 Prout reſoluit idem Cochier. d. queſt. 23. num. 3. Poteſt etiam Episcopus viſitare quoscuq; Clericos ſeculares exemptos, Prothonotarios Apoſtolicos, Capellanos Regios, Acolythos Comitum palatini, ſeu alicuius Militiæ, vel Hoſpitalis titu-

lis inſignitos, dummodo actu militiæ, ſeu Hoſpitali, cui adſcripti ſunt, non inſeruiant: item & reſidentes in Curia Romana, & familiares Cardinalium ratione beneficiorum in ſua diœceſi exiſtentium, vt probat Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 11. de cuius materia aliqua tradunt Franc. Leo in theſauro ſeri Ecleſiæ p. 2. cap. 2. num. 78. Fr. Emman. queſt. Regular. tom. 2. queſt. 108. art. 3. Flamin. de reſignat. lib. 3. queſt. 11. numer. 5. praxiſ Episcop. pag. 2. verbo Referendarij. Et ſi reſideant, etiã in perſona in cauſis delictorum, & correctionis morum ab eodem Diœceſano, ſive in viſitatione, ſive extra viſitationem puniri poſſunt, vt diſponit idem Concil. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 4. Sed non poſſe Episcopum virtute d. cap. 4. extra viſitationem, corrigere, & punire clericos ſeculares à ſe exemptos, & alteri interiori Ordinario ſeculari intra diœceſim exiſtentes ſubiectos, approbavit ſummus Pontifex teſte Armend. in addit. ad recopil. legum Nauarr. lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. num. 9. qui tex. in d. cap. 4. non derogat conſuetudini immemoriali, vt aſſertit Seraphin. Rotæ Romane decif. 417. num. 7. nec corrigit textum in extranag. cum Matheus 3. de heretic. inter comm. ex Cenedo ad Clement. collect. 14. num. 9. cum ſequentibus.

5 Eccleſias ſeculares nullius Diœceſis quantumcumque exemptas, & ſedi Apoſtolicæ immediate ſubiectas, earumque Prælatus ſeculare in eas iuriſdictionem quaſi episcopalem habentem, poſſe ab Episcopo cuius Cathedralis Eccleſia eſt proximior, viſitari vigore Concilij cap. 9. ſeſſ. 24. de reformat. decifum referunt Armendarij d. loco num. 13. & praxiſ Episcop. p. 1. verbo viſitatio §. 11. Et nullo modo poſſunt eſſugere viſitationem viciniore Episcopi, vt cenſuit Rot. Rom. apud Farin. decif. 396. p. 1. tom. 1. 6. Quia exemptio à viſitatione non comprehenditur ſub generali conceſſione exemptionum, Rot. decif. 186. nu. 2. par. 1. diuer. Cochier. de iuriſd. Ordin. par. 2. q. 45. num. 12.

7 Et huiusmodi Episcopus proximior habens facultatem viſitandi Eccleſiam parochialem nullius diœceſis, habet etiam facultatem emendandi, corrigendi, & puniendi tam in capita, quam in membra ex quavis cauſa, prout ſacram Congregationem conſuſe atteſtatur Franc. Leo in theſauro ſeri Ecleſiæ p. 2. cap. 2. num. 74. in fin.

8 Et poteſtas hæc non tranſit in vicarium à Capitulo Sede vacante conſtitutum, vt aſſertit Franc. Leo in diſto theſauro p. 1. cap. 10. num. 8. verſ. 10. & reſoluit Aloyſ. Ric. in praxi aurea reſol. 118. n. 4.

9 Quia beneficia exempta viſitant Episcopi tanquam delegati Sedis Apoſt. Trid. d. cap. 9. & in iuriſdictione delegata Episcopo non ſuccedit Capitulum Sede vacante, iuxta citata per Aloyſ. Ric. d. loco num. 2.

10 Nec procedit in Prælatiſ inferioribus habentibus iuriſdictionem quaſi Episcopalem ex Flor. de Menz variarum lib. 3. q. 24. n. 24.

11 Episcopus in omnibus Eccleſiis exiſtentibus intra fines ſuæ diœceſis habet ius viſitandi, non obſtantibus quibuſcuq; priuilegijs, vt cenſuit Rot. Romane apud Farinac. decif. 396. p. 1. tom. 1. per tex. in capit. oſt. ſeſſ. 7. de reformat. de cuius materia vide Fr. Emmanuel. queſtionum Regularium tom. 1. queſtion. trigefim. ſext. artic. 3. praxim Episcopalem p. 1. verbo viſitatio, & p. 2. verbo exemptus, Azor. inſtit. moralium p. 2. lib. 3. cap. 40. col. 216. Aloyſ. Ric. in collect. decif. p. 5. collect. 1591. & cenſuit ſacra Congreg.

12 Illud posse visitare omnes parochiales suae diocesis, in quibus sunt Sacerdotes, seculares, licet Ecclesiae sint Regularibus subiectae, siue etiam si sint Ecclesiae Regularium, quando tamen cura exercetur per clericos seculares, refert *Armen-dar. d. loco numero 88*. & etiam si monasteria pertenderent habere iurisdictionem spiritualem immutabilem in locis, ubi dictae Ecclesiae sunt unitae, ex eodem *Armen-dar. numero 89*. Secus tamen in Ecclesijs ubi à Regularibus inferuitur, nam *capit. 11. sess. 25. de Regular.* ubi excipiuntur Abbates generales, limitatur, nisi per Regulares inferuiant, ex eodem *Armen-dar. dict. loco. num. 91*.

13 Item poterit visitare Ecclesias exemptas, sed tunc per seipsum tantum, refert *decisum Armen-dar. d. loco num. 124*. quamvis inferioribus Praelatis sint subiectae. *Armen-dar. num. 86*.

14 Ecclesias curatas unitas monasterijs potest Episcopus Ordinarius loci visitare, & ponere in eis Vicarios perpetuos, siue temporaneos, prout ei expedire videbitur, refert *decisum Armen-dar. d. loco numero 85*. etiam si huiusmodi beneficium, aut Parochia unitatur monasterio exempto, etiam alienae diocesis, tunc quoque visitatur ab Episcopo loci, ut tenet *Henriquez in summa libri septimi capit. decimo quarto paragraph. 4. littera I*. sicut etiam visitantur Parochiales Ecclesiae unitae monasterijs, etiam si quae sunt capita ordinum, *Armen-dar. dict. loco numero 95*.

15 Commendata Monasteria, etiam Abbatis, Prioratus, & Praepositurae nuncupatae, in quibus non viget regularis obsequia: nec non beneficia tam curata, quam non curata, secularia, & regularia, qualitercunque commendata, quamvis exempta, ab Episcopis etiam tanquam Apostolicae Sedis delegatis, annis singulis visitantur, curentque iidem Episcopi congruentibus remedijs, etiam per sequestrationem fructuum, ut quae renouatione indigent, aut restauratione, reficiantur, & cura animarum, si quae illis, vel eorum annexis imminet, aliaque debita obsequia recte exercentur, appellationibus, quibuscunque priuilegijs, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore praescriptis, conseruatorijs, iudicium deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus, iuxta *Concil. Trident. decretum sess. 21. de reformat. cap. 8. & sess. 25. de Regularibus, cap. 11. refert Armen-dar. d. loco num. 99*.

16 Quando vero in eis viget obsequia Regularis monere debet Episcopus eorum Superiores, ut ipsi visitent, & corrigenda corrigant, qui si intra sex menses visitare neglexerint, Episcopus ipse visitare possit, & corrigere, nullo priuilegio, aut appellatione obstante, iuxta *Concilij decretum d. capit. 8. sess. 21. Campan. rub. 12. capit. 13. numero quinquagesimo*. Aliter enim Episcopus non debet se intromittere in monasterijs, in quibus viget Regularis obsequia *Armen-dar. dict. loco numero 98*. Poterit tamen visitare illa monasteria commendata, perpetuo unita alijs Ecclesijs, vel pijs locis, etiam si ipsa loca sint sub regulari protectione *Armen-dar. dict. numero 100*.

17 Similiter monasteria, quae generalibus Capitulis non subfunt, nec suos habent visitatores regulares, si monita in Congregationes sefe non redegerint, in omnibus Episcopi iurisdictioni subiecta sunt idem *Concil. Tridentin. sess. 25. de Regularibus, capit. 8*.

18 Monasteria quauis, seu Ecclesiae, locaue Regularium curam animarum annexam habentia, quo ad ipsam curam visitari debent ab Episcopo: item & personae huiusmodi curam exercentes, siue sint seculares, siue Regulares subfunt immediate in iis, quae ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diocesi sunt sita monasteria, iuxta *Concil. Tridentin. sess. 25. de regularib. capit. 11. de cuius materia late tractant Frat. Emmanuel. quest. Regularium tom. 1. quest. 36. artic. 4. praxis noua Episcopalis par. 2. capit. 3. numero 46. Francis. Leo in praxi fore ecclesiasticae par. 2. capit. 18. numero 105. Aloys. Ricci. in praxi fore ecclesiasticae decis. 736. in prima editione, & resolut. 513. in secunda edit. & decis. 608. in prima edit. & resolut. 532. in secunda edit. Marius Antonin. variarum resolut. libro primo resolut. 17. numero tertio. Campanil. in diuers. iuris Canonici rubr. 12. capit. 13. numero quinquagesimo primo cum sequentibus. Aloys. Ricci. in praxi aurea resolut. 176. Non quidem ut Ecclesia, vel Sacrificia reputatur, sed in his, in quibus dumtaxat habent iurisdictionem, respectu curae animarum, & Sacramentorum administrationis, ut Calices, & decencia paramenta, ad decorem administrationis Sacramentorum provideantur, prout decisum referunt Francis. Leo in thesauro fore ecclesiasticae par. 2. capit. 31. numero tertio. Campan. in diuers. iuris Canon. rubr. 12. capit. 13. numero 49. Et ita ad Episcopum pertinet haec potestas visitandi Monasteria, tam Regularia, quam secularia, circa ipsorum curam, & Sacramentorum administrationem, ut nulli etiam ad nutum amouibiles possint deputari, nisi de Episcoporum Ordinariorum consensu, & prauiore per eum, & eius Vicarium, & examinatores synodales examine, refert Francis. Leo in thesauro fore ecclesiasticae par. 1. capit. 8. numero vigesimo, ubi etiam notat quod Clemens Octauus mandauit ita seruari hoc decretum excipiendo aliqua monasteria, & capita ordinum, non obstante constitutione Pij Quinti, qua voluit, ut in omnibus Ecclesijs parochialibus, in quibus cura animarum, etiam laicorum exercetur, habeant Ordinarij facultatem eius Ecclesias, & personas visitandi, ac corrigendi.*

19 Et quod Episcopus quoscunque Canonicos, & dignitates, & alios clericos exemptos, & non exemptos, ad curam animarum exercendam constitutos, quoad inhabilitatem eorum, non obstante quocunque priuilegio, aut consuetudine in contrarium, examinare, & visitare possit, consuluit *Nauarr. consil. 4. de tempor. ordin. in antiq. alijs 8. de priuileg. in nouis, & Sayr. in floribus decis. titul. de tempor. ordin. decis. 5*.

20 In dependentibus etiam à cura animarum habent iidem Episcopi auctoritatem super Regulares, ut ait *Marius Antonin. variarum resolut. libro primo resolut. 112. casu 50. prope fin. quem refert, & sequitur Campanil. d. capit. 13. numero 51. & quodammodo venit in consequentiam personarum, ut inquiratur quomodo conseruetur Sanctissimum Sacramentum, & ecclesiastica ornamenta, ut per Sacram Congregationem decisum fuisse refert *Seraphin. decis. 1067*.*

21 Parochus tamen Regularis delinquens extra Sacramentorum administrationem, & curam animarum, non ab Episcopo, sed à suis Superioribus punitur, prout referunt *decisum Galerr. in marg.*

ritu casuum conscientia, verbo parochus, 3. *Aloys. Ricci. dict. resolut. 513. numero secundo & resolut. 532.* Quando vero constaret, de aliqua præscriptione, vel exemptione, non potest Episcopus visitare, alias si de præscriptione non apparetur manutenendus est Episcopus, cum habeat iuris communis assistentiam, ut fuit in *Rota resolutum in una Valentiana de Xatuna 3. Januarij 1590. coram Bubalo*, prout refert *Aloys. Ricci. dict. resolut. 532. numero tertio, vers. & primo.*

22 Quotiescunque Episcopis licet visitare monasterium Regularium, aut alia exempta, si dum ipsi ingredi volunt monasteria ipsa ob causam prædictæ visitationis, renuant Regulares illos intrmittere, ostia claudendo, Episcopis fas erit vim inferre, & ostia frangere, ut resoluunt *Innocent. in capit. 1. versic. item aliaratione, ubi Abb. numero quinto, versic. ad secundum vero, de immunit. Ecclesiæ, idem Innocent. in capit. venerabili, numero 4. de censibus, Fuso. de visitat. libro secundo capit. 19. post numero primo, quos refert, & sequitur Campanil. d. capit. 13. numero 52. ubi numero 53. resolutum posse Episcopum visitationem impediens excommunicare etiam non adhibitis monitionibus, in ipso actu manifestæ violentiæ sibi illata pro defensione suorum iurium, de quo etiam *Marcus Antonin. Genens. in praxi Archiepiscopali Neapolitana capit. 18.**

23 Possunt etiam Episcopi incumbentes correctioni, & visitationi exemptorum, vigore facultatis eis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis à Concilio tributa, procedere contra reservatores impediens, præsertim si illi extra diocesim commorentur, *Armenar. libro primo titul. 18. l. 7. numero 75.*

24 Qui dictam curam exercent siue seculares, siue Regulares sint, poni debent ad arbitrium ipsorum Regularium, non autem ad arbitrium Episcopum, nisi quod examinari, & approbari prius debent ab Episcopo antequam ponantur, prout declaratum fuisse referunt *praxis nova Episcop. d. capit. 3. numero 46. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloss. 5. paragraph. 3. numero trigesimo quarto.* Si tamen in deputando ipsi Superiores Regulares negligentes essent, vel non deputarent tot personas, quot ad exercitium ipsius curæ sufficerent, ab Episcopo compelli possent, ut deputent, quod etiam fuisse declaratum referunt *praxis nova, ubi proxime, & Confessus in compend. privileg. tit. 5. cap. 4.*

25 Idem deputati ad curam animarum in Ecclesiis Regularium ad Synodum Episcopi venire tenentur ex *Concil. Tridentin. sess. 24. de reformat. capit. 2. & faciunt quæ Azori. institut. moral. 2. libro tertio capit. 47. quæst. 3.*

26 Ecclesiæ Militum Sancti Ioannis Hierosolymitani, quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipsam curam Ordinario sunt subiectæ, & ab eodem visitari possunt ex rescripto *Pij Quinti* incip. *Exposcit. Dat. Roma 22. Septembris 1571.* ibi, *Decernimus, declaramus, statuimus omnes, & singulos locorum Episcopos, & alios Superiores tanquam Apostolicæ Sedis delegatos, omnes & quascunque parochiales Ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica suarum ciuitatum, & diocesium, quibus animarum cura imminet, ad dictam religionem, eiusque milites, Capellanos, Ministros, Rectores quomodolibet pertinentia, etiam quod in eis Episcopalem, & temporalem*

iurisdictionem religio, & Milites prædicti haberent, eorumque Ecclesias, Rectores, Vicarios, & ministros quoscunque (in his tamen dumtaxat, quæ animarum curam, illiusque exercitium, & Sacramentorum administrationem respiciunt) visitare, omneque actus visitationem concernentes exercere posse, & debere, ac Rectores, ceterosque huiusmodi ministros curam animarum exercentes minus idoneos repositos, si quidam ad nutum amouibiles sint, statim amovere: sin vero titulares sint, illico suspendere, ac Superiores illorum monere, ut intra aliquem breuem terminum, in locum amotorum subrogent alios idoneos, prius tamen per ipsos Episcopos, & alios Superiores examinatos, & approbatos, &c. prout attestantur *Alphonf. Villad. in speculo visitat. fol. 32. numero sexto. Cochier. de iurisd. Ordin. in exemptis par. 2. quæstio. 45. numero undecimo. Aloys. Ricci. in praxi aurea resolut. 176. praxis nova Episcop. par. 2. capit. 3. numero quadragesimo sexto.* Hi tamen, quatenus beneficia curata non obtinent, non possunt ab Ordinarijs visitari, ut decimum refert *Armenar. dicto loco numero 94.*

27 Prioratum Militum Hierosolymitan. Ordinarij visitare non possunt, cum illi sint Præceptores, non vero commendatarij, & visitari debent à Capitulis sui Ordinis, refert decimum *Armenar. dicto loco numero 101.*

28 Subcollectores non possunt visitari, nec corrigi ab Episcopo, ut decimum referunt *Armenar. dicto loco numero 80. Nicol. Garcia de benefic. par. 3. capit. 2. numero 198. in 18. declaratio.* Referendarij ratione beneficiorum, quæ habent in partibus, subfunt locorum Ordinarijs, *Aloys. Ricci. in praxi aurea resolut. 30. ubi dicit straphil. de prerog. expectat. fol. 218. numero 15.*

29 Quatenus habet eos non posse excommunicari, vel interdici ab Episcopo, cum sint officiales Papæ, loqui de illis principalibus Referendarijs iustitiæ, & gratiæ, qui sunt undecim, & undecim, *Gomes. de signatur. gratiæ, & iustitiæ, fol. 495.*

30 Prothonotarij, quos primos esse, & notarium principes dixerunt *Mandof. de signatur. gratiæ, titul. prothonotarij, Gomes. in proem. super regulis Cancellariæ, quæst. 1. Anton. de Præis de iurisd. Episcop. capit. 8. numero 16.*

31 A iurisdictione ordinaria per Leonem Decimum esse exemptos tradunt *Mandof. ubi supra. Anton. de Præis d. capit. 8. num. 17. quos refert, & sequitur Cochier. de iurisd. ordinarij in exemptis par. 1. quæst. 18. numero tertio.*

32 Vbi intelligit si Rochettum, habitumue Prothonotariorum actu deferant. Et quod omnia beneficia vacantia per obitum Prothonotariorum, vel participantium, vel etiam non participantium, sint Sedi Apostolicæ reservata, censuit *Rota ut per Caput. q. decis. 407. parte 2. Putean. decis. 305. num. 1. lib. 1. in noua impress. Card. Scraphia. decis. 1251. num. 18. & in una Burgen. Abbatis de salus 14. Maij 1612. coram Reuerend. P. D. Rbaldo.*

33 In qua etiam post decisiones ibidem relatas fuit dictum, quod dignitas Prothonotariatus acquiratur etiam ignoranti, ad effectum reservationis, & etiam ante assumptionem insignium, *Rota decis. 12. de præbend. in nouis, & decis. 11. lib. 2. par. 3. & decis. 373. par. 3. lib. 3. diuers. Rota item in una Comen. Capella 7. Febr. 1620. coram R. P. D. Rembeldo, ubi etiam post Mandof. reg. 1. quæst. 7. sub num. 3.*

34. Dicit, quod Rota semper tenuit, quod indistincte omnes Prothonotarij, siue sint creati à Papa, siue à Legato, sunt comprehensi in *Extravag. ad regimen, de prebend.* & quod illa habeat locum in omnibus Prothonotarijs, etiam si non sint de numero, fuit decum in vna *Palentine Scholastrie, Canonici & prebende de Valladolid. 9. & 13. Aprilis 1584.* coram *Robustio*, relata per *Nicol. Gardia de benefic. par. 5. capit. 1. numero 204.* & fuit firmatum in d. *Burgen. Abbatie de Salus*, in qua plures alia decisiones referuntur.

S V M M A R I V M.

1. Hospitalitatis opus curare maxime debet Episcopus, ut diligenter & fideliter administratur.
2. Hospitalia, Collegia quacunque & Confraternitates laicorum visitandi ius habet Episcopus tanquam sedis Apostolicæ delegatus.
3. Hospitalia nouiter fundatum ipso fundatore superstiti visitari non potest, nisi habeat formam Ecclesiæ aut sit fundatum auctoritate Episcopi.
4. Hospitalia, quod habet formam Ecclesiæ, vel altare pro Missarum celebratione, si est fundatum auctoritate Episcopi, dicitur locus religiosus & pius.
5. Hospitalia quando presumatur Episcopi auctoritate fundatum, ostenditur.
6. Visitari ab Episcopo possunt hospitalia quacunque, & alia pia loca, siue cum Episcopi auctoritate, siue sine illa instituta.
7. Hospitalia crepta sine Episcopi auctoritate videri possunt per ipsum, utrum omnia procedant secundum mentem testatoris.
8. Episcopus potest compellere heredem, vel legatarium ad executionem legatorum ad pias causas, etiam si testator prohibuisset, sed verius numero 10.
9. Testator fundans Capellam, non potest illam eximere ab Episcopi potestate.
11. Visitare potest Episcopus, corrigere, & reformare in casibus à iure expressis, omnia Hospitalia, & pia loca, quatenus sint priuata laicorum.
12. Episcopus potest animaduertere in Rectores Hospitalium, leprosorij, &c. qui negligunt administrare, ut oportet.
13. Visitare Episcopus potest Confraternitates personarum secularium in Ecclesijs Regularium exemptorum existentes, non tamen eorum Capellas, vel altaria, nisi quoad administrationem.
14. Visitare absolute non potest Episcopus Hospitalia, Collegia, vel Confraternitates sine Episcopi auctoritate institutas, nisi ad officium inquirendi de operibus pijs, quæ ipsis incumbunt.
15. Seculares iudices etiam facultatem habent, si cui Episcopi, visitandi Hospitalia, & cetera loca, si hoc eis alias legitime competat, dato prauentioni loco inter ipsos.
16. Hospitalia, & Confraternitates, quæ sub immediata Regum fuerint protectione, Episcopi visitare non possunt.
17. Confraternitas Misericordiæ Regni Portugaliæ ubique terrarum celebratissima.
18. Hospitalia magnum Plixbonen. toto orbe celebratissima.
19. Regia dignitas præ ceteris conuenit anteferi.
20. Exceptio si opponatur Episcopo visitanti hospitalia, aut confraternitatem, quod sub immediata Regum sit protectione, non ad secularem iudicem, sed ad Episcopum pertinet de ea cognoscere.

tectione, non ad secularem iudicem, sed ad Episcopum pertinet de ea cognoscere.

21. Collegia instituta pro sustentatione studentium, pauperum, vel aliorum egenorum sunt loca pia, & gaudent Ecclesiæ privilegijs, ac proinde ab Episcopo visitari possunt.
22. Confraternitates laicorum Religionis causa institutæ, pia sunt, & Religiosa loca.
23. Confraternitates huiusmodi, quod visitari possint ab Episcopo, ut pia loca, qui teneant *Pobres*, referuntur.
24. Contrarium qui tenuerint, citantur.
25. Inter unam, & alteram opinionem distinctio ponitur.
26. Confraternitates, quæ absque Episcopi auctoritate sunt institutæ, minime ecclesiasticæ, aut religiosæ sunt censendæ.
27. Confraternitates, & Hospitalia, sine Episcopi auctoritate instituta pia sunt.
28. Pij causis relicta solui possunt Hospitalibus, & Confratryjs, etiam sine Episcopi auctoritate instituta.
29. Exempta Ecclesiæ non censentur exempta Capellæ ipsi Ecclesiæ subiectæ accedentes, vel comessæ.
30. Confraternitates interueniente Episcopi approbatione piæ, & ecclesiasticæ sunt censendæ.
31. Confraternitatum res, ut ecclesiasticæ sunt censendæ, si Episcopi auctoritate instituantur.
32. Confraternitatum bona quod possint alienari sine solemnitatibus in rerum ecclesiasticarum alienationibus necessarijs, qui tenuerint, citantur.
33. Sub distinctione resoluitur.
34. Gabella an debeatur ex bonis confraternitatum si vendantur? sub distinctione resoluitur.
35. Vera resolutio ponitur.
36. Confraternitates, & Hospitalia Episcopi auctoritate instituta beneficio restitutionis in integrum gaudent.
37. Ecclesiæ appellatione quando comprehendantur loca pia, ostenditur.
38. Confraternitates, & Hospitalia, quæ sine auctoritate Episcopi instituntur, quod gaudeant beneficio restitutionis in integrum, qui teneant, ostenditur.
39. Restitutionis in integrum beneficium non denegatur omnibus illis, quorum bona sub aliena cura sunt, vel per administratores gubernantur, ut in Republ. Ciuitate, Villa, Castro, seu quacunque alia communitate.
40. Collegia, seu vniuersitates seculares, ex eo quia Reipubl. æquiparantur, beneficio restitutionis in integrum gaudent.
41. Fiscus beneficio restitutionis in integrum gaudet.
42. Hospitalia, & Confraternitates, quando sine Episcopi auctoritate instituta sunt, restitutionis privilegio non gaudent tanquam verum, sunt qui teneant, sed contrarium verius.
43. Quarta Canonica quod ex ijs, quæ Confraternitatibus relinquuntur, non debeatur, qui teneant, ostenditur, eorumque fundamenta adducuntur.
44. Quarta Canonica soluitur ex ijs, quæ relinquuntur Ecclesijs, vel pijs locis, non vero pauperibus, vel quando relinquuntur ad perpetuum cultum diuinum, seu pro ornamentis.
45. Quarta Canonica, ut debeatur duo requiruntur, alterum, quod loco relinquatur, alterum quod locus religiosus sit.